

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Virtus t
cum fonte primo

Errare michi uidetur qui dixit:
Gracior est pulcro ueniens e corpore
uirtus. Non enim ullo honestamento
eget, ipsa magnum sui est decus et
corpus suum consecrat.

Potest ex casa uir magnus exire, potest et
ex deformi humilique corpusculo
formosus animus ac liber et magnus.

Seneca LXVII. epistola.

Errare mihi visus est qui dixit:
gracior et pulchro ueniens e corpore
uirtus. Non enim ullo honestamento
eget: ipsa magnum sui decus est et
corpus suum consecrat. Aliter certe
Claranum nostrum coepi intueri:
formosus mihi uidetur et tam rectus
corpore quam est animo.
Potest ex casa uir magnus exire, potest et
ex deformi humilique corpusculo
formosus animus ac magnus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 66, 2-3 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.181, ll.9-15).